



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 26. Hæreses circa S. Virginem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

anima. Uterius aliquamdiu duravit dis-
 putatio, sed frustra, & S. Epiphanius mœ-
 rens recessit, quod videret tantæ virtutis
 viros, hæresi corruptos.

Sæculum IV.
 A. C. 376.

§. XXVI.

Hæreses circa Sanctam Virginem.

Ex Sectatoribus Apollinaris nati sunt
 Antidico-Marianitæ, id est, Mariæ
 adversarii, dicentes, non permansisse
 semper Virginem, sed post Jesu Christi
 Nativitatem liberos ex S. Joseph genuis-
 se. Cum S. Epiphanius audivisset, hunc
 errorem per Arabiam spargi, scripsit pro-
 lixiorem epistolam, ut eum refutaret, ad
 omnes Fideles hujus Provinciæ, Episco-
 pos æque, ac Laicos, imo & Catechume-
 nos directam. Refert aliquas traditio-
 nes, ad S. Josephum spectantes, quæ ex
 libris apocryphis desumptæ creduntur;
 at vero ad objectiones, quas Hæretici
 contra Virginitatem perpetuam Mariæ
 ex Scriptura erui debere putabant, soli-
 de respondet. Eodem tempore, & in ea-
 dem Regione alius error, isti directe op-
 positus, invaluit, cum aliqui Sanctam Vir-
 ginem tanquam Numen venerarentur.
 Qui hanc sectam sequerentur, Collyri-
 diani dicti sunt, quia cultus, quo Virgi-
 nem prosequerentur, in eo potissimum
 consistebat, quod eidem Placentas, Græ-
 ce Collyrides dictas, offerrent. Hæc su-
 per-

Epiph. hæc.
 77. n. 26.
 hæc. 78.

Id. hæc. 79.

Hist. Eccles. Tom. IV.

Ii

per-

Sæculum IV.
A. C. 376. perstitio, ex Thracia, & Scythia superiore advecta, usque in Arabiam penetravit; maxime fæminas, si paucissimas exceperis, hæc insania corripuerat; currum ornabant, & Sedem in eo quadratam, quam linteo tegebant, & certo anni tempore per dies aliquot panem præsentabant, & offerebant Mariæ Nomini, quo facto, singulæ suam panis partem accipiebant. S. Epiphanius huic superstitioni bellum indicit, & monstrat, in vera Religione fæminas nunquam vel aliquatenus Sacerdotii fuisse participes; hunc cultum esse Idololatriam, quia ad Mariam unice referretur, quæ quamvis perfectissima, simplex tamen esset creatura, et Anna, & Joachimo communi naturæ ordine nata. S. Epiphanius in ista Hæresi, & præcedenti aliquas de Parentibus, & natiuitate S. Virginis traditiones narrat, & concludit, eam esse honorandam, solum vero Deum adorandum.

§. XXVII.

S. Epiphanius initia.

Soz. VI. Sanctus Epiphanius semper in Communionem Paulini permansit, cujus in Oriente firmissimum fulcrum fuit, tunc ætate minimum sexagenarius; locus, quo natus erat, ab accolis Befanduc vocabatur, Palæstinæ oppidum in agro Eleutheropolitano, Adhuc juvenis vitam Monasticam